

Chelmcę, 22 października [1410]¹

Biskup wrocławski i książę opolski Jan Kropidło pisze do rycerza Mikołaja „de Lobelaw” [z Lublewa?], informując go o trudnym położeniu politycznym jego dóbr wobec istniejącej wojny. Część dóbr biskupstwa znalazła się pod panowaniem krzyżackim, a część pod panowaniem polskim i trudno mu zadowolić obu panów i zachować neutralność. Skarży się na spotykające go z obu stron niesprawiedliwości: na splądrowanie jego dóbr i spalenie kościoła w ziemi dobrzyńskiej przez krzyżaków i poniesione straty z jednej strony, a także, z drugiej: na zniszczone dobra na Kujawach, które oddziały króla polskiego najechały bez wyraźnego powodu. Informuje, że już w pierwszej dekadzie tego miesiąca wojska zakonne pod dowództwem m.in. komtura bierzgłowskiemu Pawła Rulemanna von Dadenberg, wójta lipienieckiego Konrada Sefelera wraz z oddziałami zaciężnych pod dowództwem Václava z Donína i Krzysztofa von Gersdorff najechały dwór biskupi w Subkowach, całkowicie go niszcząc i obsadzając swoimi ludźmi. Tłumaczy się także z oskarżeń o złodziejstwo w podarowanym mu przez króla dworze w Międzyłężu (kradzież koni, pieniędzy i mszału), wysuwanych wobec niego przez Krzyżaków. Powołuje się na zarządcę folwarku, który zaświadczy, że biskup nigdy nie zabierał mieszkańcom koni, a także nakazał odesłać przejęty mszał. Wyjaśnia także, że niesłuszny jest zarzut dostarczania przez niego żywności wojskom [wielkiego księcia litewskiego] Witolda, gdyż nie miałby z czego ich zaopatrzyć, biorąc pod uwagę zniszczenie jego dóbr. Przyznaje, że gdy zmuszony był udać się kilkakrotnie do obozu króla Władysława [Jagielly], by oczyścić się z niesłusznych zarzutów o zdradę, trzy razy zabrał ryby dla księcia Witolda, lecz tylko po to, aby spożyć je wraz z nim. Prosi Mikołaja „de Lobelaw” o zawierzenie jego słowom i udzielenie wsparcia jego poddanym [z ograbionych dóbr], interwencję w zwolnieniu jeńców oraz o zaświadczenie przed przedstawicielami Zakonu o fałszywości stawianych mu zarzutów.

Oryg.: GSPK, XX HA, OBA 1378; pap., łac., wym. 220 x 299 mm, niewielkie dziury w skrzyżowaniu zgięć papieru, in dorso dobrze zachowana wrocławska pieczęć herbowa mniejsza biskupa wrocławskiego Jana Kropidły w czerwonym wosku o śr. 35 mm (wosk przez papier, zob. P. Pokora, *Pieczęcie księcia opolskiego Jana zwanego Kropidło* s. 418), kustodia o wym. 40 × 40 mm i pasek papierowy zabezpieczający pieczęć na miejscu, nowożytny notatki o treści listu.

Reg.: RHD 1/1, nr 1378.

Adres [in dorso]: Nobili ac strennuo militi domino Nicolao de Lobelaw¹, fautori et amico nostro precipuo, dandum.

^aJohannes dei gracia episcopus | Wladislaiensis et dux Opoliensis².

^bNobilis ac strennue domine, fautor et amice praecipue! Ad informandum amicicium vestram de condicione, statu et fundamento ecclesie nostre velitis scire, quod ecclesia nostra | racione bonorum temporalium subiecta est tam domino nostro regi, quam dominis de Prussia, nam partem bonorum habet sub dominio regis Polonie et partem sub dominio dominorum de Prussia, | in parte Pomeranie, que sic divisa incipientibus gwerris de anno preterito inter dictum dominum regem ex una et dominos de Prussia ex altera partibus attendentis, quod difficile | sit duobus dominis servire et complacere. Dimissa ecclesia nostra et bonis nostris, ne alicui parcium ministrare videremur sub utroque dominio consistentibus, ad partes Vngarie nos et personam nostram transtulimus ibique moram^c fecimus tam diu et quousque pacis federa inter eos fuerunt firmata nobisque ibidem exeuntibus et neutro dominorum iuvante domini de Prussia terram Dobrinensem intraverunt ibique bona nostra et ecclesie nostre

crudeliter spoliarunt et ignis incendio concremarunt et similia dictus dominus rex per homines suos in parte Cuyauie fecit, nulla tamen nostra legitima causa exigente. Revertentibus nobis de Vngharia ad partes Polonie quilibet occurrencium nobis acer habuit, quod si stetissemus in bonis nostris, ipsa utique taliter non fuissent anichilata. Quorum verbis et consiliis moti de anno presenti durante dicta gwerra pro defensione eorundem bonorum nostrorum in partibus remansimus sperantes ea felicius quam alias gubernare. Nobis sic remanente et magistro de Prussia felicis recordacionis³ anunente et mandante, qui nos tueri promisit, in eisdem remansimus. Demum post conflictum dictorum dominorum et <domino^d> rege in obsidione castri Marienburg⁴ exeunte, quidam mendaces viri emulique nostri ausu mendoso [dicens] in dictorum dominorum regis Polonie et Wytoldi⁵ ac nostri presencia dicere presumpserunt nos dicti domini regis Polonie et Regni sui fore et esse traditorem, quia litteras nostras scriberemus dictis dominis de Prussia ad avisandum eosdem contra Regiam Maiestatem, alii siquidem ex eis dixerunt nos esse furem et recepisse certam pecunie quantitatem de quadam cista. Et cum hec nobis nequiter fuerant obiecta, coacti fuimus aliquibus vicibus ad defendendum honorem nostrum exercitum dicti domini regis et Wytoldi subintrare ibique in dictorum dominorum presencia, nos et personam nostram ac honorem de talibus criminibus excusare. Licet modicum aliquibus vicibus nos relevabat, et novissime, cum ipse dominus rex nos excusatum super huiusmodi dilacione facta habere^e noluerat, petivimus ut bannitum iudicium nobis deputaret, vellemus nos de huiusmodi omnibus canonice expurgare, extunc ipse dominus noster rex modicum acquievit. Recedente autem domino rege de obsidione castri Marienburg deliberati ibidem permanere in Sobkaw⁶, nisi per nobilem virum dominum Kalisiensem⁷ moti recedere una secum curia de eadem, sperantes in dictos dominos de Prussia adeo, ut vota eorum atque promissa <litteras ac eorum verba^g> nobis inviolabiliter observarent, si non^h intuitu nostri, saltem ex intercessione domini nostri graciousissimi regis Vngharie adimplerent. Nescimus autem quo ducti spiritu vel qua causa quibusve iniuriis provocati aut ratione moti ipsi domini de Prussia curiam nostram et ecclesie nostre Sobkaw manu hostili et potenti [i]ntrantes, querentes nos volentes interficere, promittendo illi famulo eorum, qui primum telum in personam nostram mitteret aut vlneraret, se XL marcas daturum. Et postquam personam nostram habere nequiverant, familiares nostros ceperunt, quos diu in captivitate tenuerunt et tandem misericordia et ipsorum iniuria moti proprio motu sub reputacionis obligacione liberos transire dimiserunt curiam Sobkaw et bona nostra omnibus rebus spoliando. Hiis non contenti officiales nostros et wlodarium de eisdem bonis depulerunt deputantes officiales proprios pro libito voluntatis, qui eorum officiales nomine eorum hodie detinerent bona nostra occupata. Que perpetrata per eos erga nos pocius mortem, quam talia facere credidissemus, fuimus namque per certos fautores nostros et amicos de iniuriis illatis avisati, ut postquam ipse dominus rex de obsidione castri recederet, iniurias, si possint, vellent irrogare, que omnino, ut premittitur, credere nolebamus. Arbitrantes ut talia in presencia aliquorum perferrent, qui ad Regiam Maiestatem perducerent, ut eo cicius ipse dominus noster rex movetur de non illis, qui nos detulerunt, fidem adhibendo, premissa enim fecerunt nulla nostra causa exigente. Dicunt enim nos bona eorum a Regia Maiestate petiisse, que nunquam petivimus. Cognovimus post tribulaciones nostras dictum regem Polonie ad dandum nobis quoddam allodium Meselancz⁸ aliquantulum inclinatum, pro quo petere nolebamus, nisi ad hoc voluntas eorum accederet pariter et consensus, qui per nos interrogati responderunt: „Domine episcopo, si alter habere debeat, favemus pocius, ut vos habeatis”. Et sic ipsis annuentibus dictum allodium petivimus. Dicunt eciam nos equos eorum et equas recepisse, quas pro facto non recepimus, et quis ipsas recepit, scit magister curie eorum, ad quem eos pro informacione habenda remittimus, qui nos bene, dummodo suo velint stare testimonio, expurgabit. Insuper dicunt nos domino nostro regi et Wytoldo et ipsorum hominibus necessaria in obsidione castri Marienburg prebuisse et misisse. Dilecte domine petimus pensare, que necessaria possemus tali exercitui prebere de una simplici curia Sobkaw, cum tamen alia

omnia bona nostra in parte Pomeranie sunt spoliata et in nichilum redacta. Velitis eciam considerare et masticare causas, quas erga nos pretendunt habere, an sint licita et excessiva, ut intuitu eorum nos bonis nostris, ecclesie nostre debeat viduare. Est verum, quod cum ex causis suprascriptis exercitum intravimus, licet inviti, teste Deo, fuimus ibidem iteratis vicibus per dominum Wytoldum invitati et tandem honore moti eidem tribus vicibus propria pisces portavimus in persona, quas eciam secum (commendendo^k) consumpsimus (et quod coacti fuimus exercitum predicti domini regis intrare pro honoris nostri defensione, sciunt nonnulli domini de ipsorum Ordinem [s], scilicet commendator de Birgelaw⁹, advocatus de Leypa¹⁰ necnon strenui et validi viri Wencz de Dony¹¹ et Cristoforus de Herrersdorf¹² et alii quamplures, qui causas nostras ex informacione nostra cognoverunt, ad quos nos remittimus pure veritate propalando^l). Fuit siquidem nobis allatus liber missalis curie Meselancz, quem ad dictum allodium remisimus, dicto ipsorum magistro curie presentavimus^f, sic quod de rebus et bonis penitus nil recepimus nec recipere et habere affectamus, licet nobis culpam imponant querentes causas, quia volunt recedere ab amico. Potuissemus enim bene cum domino nostro rege, uti domino nostro hereditario, contra ipsos dominos de Prussia, fuisse [s], tamen ad mandatum dicti domini nostri regis Vngarie¹³, awunculi et domini nostri, [in dorso] supersedimus, ratione cuius nos et ecclesia nostra irrecuperabiliter saltem nostris temporibus sumus destructi. Sperantes^m proinde amicitiam, promocionem et bonorum nostrorum recuperacionem reportare, modo aperte videmur dampna et vituperia reportare. Penset eciam nobilitas vestra, quod nondum in huiusmodi iniuriis, si que essent, †ⁿ †nondum† sumus convicti codempnati nec per propriam confessionem obnoxii, ymmo nobis non diffidaverunt nec eciam †miti† minutissimam litteram scripserunt, in qua nos monuissent, si eisdem in aliquo fuisset iniurati, que pagani Turci aut quicumque infideles (facere^o) non obmittent. Diu namque cogitaverunt, quomodo occasionem caperent, ut bona ecclesie nostre raperent, que mediante causa rationabili rapere hactenus nequiverant. Nunc autem considerant, quod se in domino rege et Wytoldo ulcisci nequeant, nos et bona nostra et ecclesie nostre preassumunt et si bene libros quassacionum suorum conspicerent et folia hincinde verterent, invenierent utique in eis, quod cum aliis tanta facere haberent, ut merito et digne (nos et^p) ecclesiam nostram †.†^r pacificas dimitterent. Volebamus enim iuri parere †acc† coram domino nostro Apostolico, dominis Boemie¹⁴ et Vngharie regibus, marchionibus, ducibus Slezie et militibus et clientibus de Slezia, pronunc in servicium ipsorum deditis (et aliis quibuscumque^s) aut simpliciter et (de^t) plano compromittere. Que omnia per nos oblata spreverunt et quod acius et peyus est, nostros nuncios audire recusant pro excusacione nostra facienda. Quapropter vestram petimus amicitiam nos et personam nostram in premissis ††^u commendatis habere ipsosque coram dictis dominis de Prussia et aliis, ubi expediens fuerit, iuxta informacionem presentem excusare et possibiliter operare, ut familiares nostri, quos sine causa ceperunt, liberi dimittantur. In aliis autem referendis vobis exhibito rem presencium informavimus affectantes, ut eidem in relacionibus adhibere velitis fidem creditivam. Petimus eciam, ut nostri intuitu non pigeat litteram presentem vestram amicitiam auscultare ac aliis fautoribus nostris et amicis †onste† ostendere, ut iusticia nostra manifestetur, quod apud vos et vestras omnibus nobis possibilibus processu temporis obsequi volumus. Datum in nostra curia Chalmycze¹⁵ die XXII mensis Octobris.

^a Inicjał wysokości ok. 3 wersów.

^b Inicjał wysokości ok. 4 wersów.

^c Pisarz pierwotnie napisał „f” (od „fecimus”, które potem przerobił na „m”)

^d Nadpisane ze znakiem wstawienia.

^e Po tym falista linia jako wypełnienie zbędnego odstępu między wyrazami, początek kolejnego wyrazu poprawiony (razura?).

^f Wyraz napisany w miejscu razury.

^g *Dopisane na prawym marginesie.*

^h *Wyraz napisany w miejscu razury.*

ⁱ *Dziura, literę uzupełniamy.*

^j *Pierwsza litera poprawiona.*

^k *Nadpisane ze znakiem wstawienia.*

^l *Dopisane na dolnym marginesie ze znakiem wstawienia.*

^l *Dwie ostatnie litery zapisane w miejscu razury.*

^m *Wyraz napisany w miejscu razury.*

ⁿ *Trzy (?) nieczytelne wyrazurowane wyrazy, częściowo umieszczone na prawym marginesie, dodatkowo fragment wewnątrz kolumny tekstu został wykreślony poziomą falistą linią.*

^o *Nadpisane ze znakiem wstawienia.*

^p *Jw.*

^r *Nieczytelna razura, wyskrobane dwie litery.*

^s *Dopisane na lewym marginesie ze znakiem wstawienia.*

^t *Nadpisane nad wersem ze znakiem wstawienia.*

^u *Nieczytelny wyraz wyrazurowany i dodatkowo skreślony poziomą falistą linią.*

¹ *Datacja na podstawie RHD 1/1, nr 1378 nie budzi wątpliwości.*

² *Postać skądinąd nieznaną (A. Liedtke, Walka księcia Jana Opolskiego „Kropidły” z Krzyżakami w obronie majątkowych praw diecezji włocławskiej, Toruń 1932, s. 29, 36, 53; S. Józwiak, K. Kwiatkowski, A. Szweda, S. Szybkowski, Wojna Polski i Litwy, s. 591-592). Lob(e)law, tj. Lubielewo (Lublewo) w gminie Kolbudy, w powiecie gdańskim, w woj. pomorskim, w okresie 1310-1454 własność komturii gdańskiej (H. Bugalska, Toponimia byłych powiatów gdańskiego i tczewskiego, Wrocław 1985, s. 214; Księga komturstwa gdańskiego, wyd. K. Ciesielska, I. Janosz-Biskupowa, Warszawa-Poznań-Toruń 1985, s. 264).*

³ *Ulryk von Jungingen, rybicki w Mortągu 1383, kompan wielkiego marszałka 1387-1390, podkompan wielkiego mistrza 1392, wójt sambijski 1393-1396, komtur bałgijski 1396-1404, wielki marszałek 1404-1407, wielki mistrz zakonu krzyżackiego 1407-1410, zginął w bitwie pod Grunwaldem (Hochmeister, s. 106-114; Jähnig, s. 289, 292, 296; Heckmann, s. 151, 156, 210, 212, 274, 228, 329).*

⁴ *Malbork (niem. Marienburg), miasto, gmina loco, powiat malborski, woj. pomorskie.*

⁵ *Witold Kiejstutowicz, syn księcia trockiego i wielkiego księcia litewskiego Kiejstuta, książę grodzieński, brzeski, suraski, drohiczyński, wołkowyski, kamieniecki, 1392-1401 namiestnik króla Władysława Jagiełły na Litwie 1392-1401, potem wielki książę litewski, zm. 1430 (J. Nikodem, Witolda wielki książę litewski (1354 lub 1355 – 27 października 1430, Kraków 2013, tam zebrana starsza literatura przedmiotu).*

⁶ *Subkowy, gmina loco, powiat tczewski, woj. pomorskie.*

⁷ *Janusz z Tuliszkowa h. Dryja, podkomorzy poznański 1399-1403, kasztelan kaliski 1403-1426, dyplomata króla Władysława Jagiełły (WSB, s. 776; UW, s. 111, 147, 200).*

⁸ *Międzyłęż (niem. Meselancz), wieś, gmina Pelplin, powiat tczewski, woj. pomorskie.*

⁹ *Paweł Rulemann von Dadenberg, komtur rogoziński 1393-1404, komtur golubski 1404-1407, komtur bierzgłowski 1404-1410, komtur tucholski 1411-1413 (Jähnig, s. 297, 303, 315, 319; Heckmann, s. 253, 320, 448, 477, 584).*

¹⁰ *Chodzi zapewne jeszcze o wójta lipienieckiego Konrada Sefelera (mistrz karwanu w Elblągu 1400, rybicki elbląski 1403, wielki szafarz królewiecki 1405-1406, prokurator w Löchstadt 1407, komtur domowy w Królewcu 1408, wójt lipieniecki 1409, komtur ostródzki 1410-1411, komtur radzyński 1411-1412, komtur ragnecki 1412-1414, komtur krajowy w Etsch 1414-1416 (S. Józwiak, K. Kwiatkowski, A. Szweda, S. Szybkowski, Wojna Polski i Litwy, s. 591; Jähnig, s. 308, 310, 311, 318; Heckmann, s. 178, 214, 302, 303, 332, 349, 413, 429, 441, 483, 593).*

¹¹ *Václav z Donína na Grabštejně* (niem. *Wenzel zu Dohna, herr von Grafenstein*), czeski możnowładca, blisko związany z zakonem krzyżackim, poseł króla czeskiego Wacława IV Luksemburskiego do Władysława Jagiełły jesienią 1409, następnie zaciężny w służbie zakonu, uczestnik bitwy pod Grunwaldem 1410, zm. po 1418 (*Das Soldbuch des Deutschen Ordens 1410/1411, Teil 2: Indices mit personengeschichtlichen Kommentaren*, bearb. S. Ekdahl, Köln-Weimar-Wien 2010, s. 64-66).

¹² *Krzysztof von Gersdorff, dowódca chorągwi św. Jerzego gości krzyżackich w bitwie pod Grunwaldem, dworzanin i poseł Zygmunta Luksemburskiego, uczestnik mediacji pokojowych między Zakonem a Polską i Litwą w 1410 r.* (S. Józwiak, K. Kwiatkowski, A. Szweda, S. Szybkowski, *Wojna Polski i Litwy*, s. 591).

¹³ *Zygmunt Luksemburski, syn cesarza Karola IV Luksembirskiego i Elżbiety Pomorskiej, elektor brandenburski od 1378, król węgierski od 1387, król niemiecki od 1410, książę Luksemburga od 1419, król włoski od 1431, cesarz rzymski od 1433, król czeski od 1419, zm. 1437* (K. Hoensch, *Kaiser Sigismund. Herrscher an der Schwelle zur Neuzeit (1368–1437)*, München 1996; S. Wefers, *Das politische System Kaiser Sigmunds*, Stuttgart 1989; *Sigismund von Luxemburg. Ein Kaiser in Europa*, hrsg. von M. Pauly und F. Reinert, Mainz 2006; *Kaiser Sigismund (1368–1437). Zur Herrschaftspraxis eines europäischen Monarchen*, hrsg. K. Hruza, A. Kaar, Wien–Köln–Weimar 2012).

¹⁴ *Wacław IV Luksemburski, król rzymski 1376-1400, król czeski 1378-1419*, (J. Spěváček, *Václav IV. 1361–1419. K předpokladům husitské revoluce*. Praha 1986).

¹⁵ *Chelmece, wieś, gmina kruszwica, powiat inowrocławski, woj. kujawsko-pomorskie.*